

Universitätsbibliothek Wuppertal

Titi Livi Ab urbe condita libri

Livius, Titus

Berlin, 1880

Periochen

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-4491](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-4491)

TITI LIVI
AB URBE CONDITA LIBRORUM XXXXIII ET XXXXIII
PERIOCHAE.

EX LIB. XXXXIII.

Praetores aliquot, eo quod avare et crudeliter provincias administra-
verant, damnati sunt. P. Licinius Crassus proconsul complures in Grae-
cia urbes expugnavit et crudeliter corripuit. ob id captivi, qui ab eo
sub corona venierant, ex senatus consulto postea restituti sunt. item a
5 praefectis classium Romanarum multa inopulenter in socios facta. res a
Perse rege in Thracia prospere gestas continet victis Dardanis et Illyria,
cuius rex erat Gentius. motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat,
ipso interempto consedit. M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps *se-
natus* lectus.

EX LIB. XXXXIII.

Q. Marcius Philippus per invios saltus penetravit in Macedoniam et
complures urbes occupavit. Rhodii miserunt legatos Romam, minantes
fore, ut Perseo auxilio essent, nisi populus Romanus cum illo pacem at-
que amicitiam iungeret. indigne id latum. cum id bellum L. Aemilio
5 Paulo sequentis anni consuli iterum mandatum esset, Paulus [in contione
precatus, ut, quidquid diri populo Romano immineret, in suam domum
converteretur, et] in Macedoniam profectus vicit Persen totamque Mace-
doniam in potestatem redegit. antequam configeretur, C. Sulpicius Gallus
tribunus militum praedixit exercitui, ne miraretur, quod luna nocte pro-
10 xima defectura erat. Gentius quoque rex Illyricorum cum rebellasset, a
L. Anicio praetore victus venit in deditionem et cum uxore ac liberis et
propinquis Romam missus est. legati Alexandrini a Cleopatra et Ptole-
maeo regibus venerunt querentes de Antiocho rege Syriae, quod is bel-
lum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami et
15 Gentio rege Illyricorum, quia is pecuniam, quam promiserat, non dabat,
relictus ab his est.

Abweichungen vom Text der Jahnschen Ausgabe (Lipsiae MDCCCLIII).

3. *fore ut*] nach Perizonius; Hdschr.: *ut*. — 5. *iterum*] hält HJM.
für unecht. — *in contione . . converteretur et*] als Glossem (s. Val. Max.
5, 10, 2) ausgeschieden nach E. v. Leutsch. — 8. die Ergänzung nach
Sig. — 10. *erat*] nach Naz. m. 2; Naz. m. 1: *erit*. — 12. *legati . . re-
lictus ab his est*] erklärt Wölflin für unecht.